

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5027

Auteur(s) : Eugène III [pape]

Bénéficiaire(s) : Osbert, Rouen, Saint-Lô (prieur)

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Lô (prieur)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1145, 14 mars

Lieu d'émission : Narni

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Eugène [III], à la demande de l'archevêque Hugues de Rouen et de l'évêque Algare de Coutances, prend le prieuré Saint-Lô de Rouen sous sa protection et confirme les biens dudit prieuré.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° III, p. 289-290.

b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 29, p. 95-96.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2^eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 9368, t. 2, p. 65.

Texte établi d'après b

Eugenius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Osberto priori sancti Laudi de Rothomago eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum.

Religiosis desideriis dignum est facilem praebere consensum, ut fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, uenerabilium fratrum nostrorum Hugonis Rothomagensis archiepiscopi et Algari Constantiensis episcopi precibus inclinati ordinem canonicum secundum beati Augustini regulam, quem per Dei gratiam eiusdem fratris nostri Constantiensis episcopi studio annitente professi estis, sedis apostolice auctoritate firmamus et, ut in eadem ecclesia perpetuis temporibus inuiolabiliter conseruetur nec alius ibi de caetero nisi canonicus regularis instituat, presenti decreto sancimus. Ipsam quoque ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et scripti nostri priuilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et pacifice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis

duximus exprimenda uocabulis: Brealtare cum ecclesia et decimis totius parrochiae, Arclou cum ecclesia et molendino, unam prebendam in Burdineio cum ecclesia et molendino, decimas ecclesiae de Blouilla et Menislo, de Aquapluta et Escuris, ius uestrum in ecclesia de Agon cum medietate decimae totius parrochiae, ius uestrum in ecclesia sancti Ioannis in Rothomago, in festiuitate sancti Laudi de dominio Normanniae unum ceruum et sex solidos in moneta, unum aprum in festiuitate sancti Rumpharii et decimas quasdam in Rothomago. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua Constantiensis episcopi iustitia et reuerentia et apostolicae sedis auctoritate, saluis etiam praebendis canonicorum secularium, qui adhuc in eadem ecclesia presentes existunt. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire tentauerit, secundo tertioe commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione congrue emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inueniant. Amen.

Dat. Narnie [per manum Roberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac cancellarii II id. martii, indictione VIII, incarnationis dominice anno M^oC^oXL^oIIII^o. pontificatus uero domni Eugenii pape III anno I^o].